

**Enchiridion Piarvm Meditationvm In Omnes Dominicas,
Sanctorvm Festa, Christi passionem, & cætera**

Busaeus, Johannes

Mogvntiæ, M. DCVI.

27. Domin. post Ascens. Cum venerit paraclet. Ioann. 15.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70978](#)

N
signa
christi
sione
et re-
appa-
quo-
sse. 2.
tate,
ui va-
ntum
te o-
spiri-
ique
item
cere,
egris
vin-
uere,
z, E
uan-
con-
rema
; illi
rint,
ani-
& se-
sto-
rum

DOMIN. TOTIVS ANNI. 57

rum Patrum è limbo choro stipatus, can-
tantibus vndique angelis, Apostolisque in
genua prostratis benedixerit. quomodo a-
pertis cœlis mox innumera turba angelorū
obuia ei processerit, & ad thronum cœle-
stis Patris adduxerit. Vide, vt Pater filium
se reuerenter inclinantem amanter com-
plexus sit, & ad dextram suam collocarit.
vt discas, tecum idem agendum, si con-
stanter in vita pia & sancta perstiteris.

Duo viri in vestibus albis tunc dixere A- 3.
postolis. *Viri Galilæi, Hic Iesus, qui assumptus Ag. 1.
est à vobis in cœlum, sic veniet, sicut vidistis
eum euntem in cœlum.* Considera, quomo-
do Deus per angelos illos statim lætis mi-
ficeat tristia, vt sicut prij confirmantur in vi-
ta sancta, quando cogitant de hac Christi
ascensione & gloria, ita mali deterreantur
à vita prava, quando audiunt eum cum ea-
dem maiestate non benignum, sed terri-
bilem redditum ad extremum iudicium.

DOMINICA POST ASCEN- SIONEM. Exag. di.

Cum venerit Paracletus. *Ioan. 15. 16.*

Dixit Iesus discipulis: (Cum venerit para-
cletus Spiritus veritatis qui à Patre pro-
cedit)

38 MEDITATIONES. IN

cedit , ille testimonium perhibebit de me , & vos testimonium perhibebitis , quia initio meum estis .) Considera inde constare , te vel alium Spiritum Dei habere , si , nempe , sit paracletus , id est , cōsolator afflitorū , verboq; & opere misericordiæ viscera miseris ostendat . 2. si veritatis ita sit amans , ut etiā mendacia iocosa & officiosa , omnesq; fictiones horreat , non aliud corde , aliud ore loquatur , omnis doli expers . 3. si exemplo Apostolorū posito omni metu , vbiq; veritatem fidei à S. Patrib. acceptā , pro talēto accepto , dum occasio tulerit , cū zelo tueatur , nec patiatur iniuriosum aliquid dici in Christū , Sāctos , Ecclesiā & Christi Vicariū .

2. Hac locutus sum vobis ut non scandalizemini . Absq; Synagogis facient vos . Considera summam sollicitudinem & amorē Christi in discipulos , tam sedulo & crebro eos monentis de futuris persecutionibus , & odio summo Iudæorum in eos secuturo , ne ideo vacillarent in fide , vel cogitarent se à Christo deceptos . Ut discas , si quādo alios vel docebis , vel eorū curam geres , omnem laborē impendere , ne à fide , vel à sancta vita inchoata deficiant . monere et à propriū piorū esse multa pati , idq; Deū permettere , ut maior illis cedat corona in cœlo .

Venit

DOMIN. TOTIVS ANNI. 59

Venit hora, ut omnis qui interficit vos arbitretur obsequium se prestare Deo. Considera, sicut infideles & hæretici putat se rem gratissimam Deo facere, si occidant Catholicos, cum faciant ingratissimam. ita te velle tendere in contrarium, & petere gratiam a Deo ita proficiendi, vt possis aliquando sanguinem data occasione pro fide Catholica profudere, quod constat sacrificium Deo esse gratissimum, ut Christus in hoc ipso sermone loquitur, declarat dices. Maiorem caritatē nemo habet, quam si animam ponat pro amicis suis.

IN FESTO PENTECOSTES.

De missione Spiritus sancti. Act. 2.

DVM complerentur, ait S. Lucas, dies Pentecostes erant omnes (Apostoli, B. Virgo & alij) pariter in eod loco. Considera, quā ardentes fuerint die quinquagesimo, B. Virginis, & reliquorū 120. preces, imò Christi in cœlo, qui promiserat se rogaturum pro illis; quanta ipsius Spiritus sancti, qui est ipse amor, propensio, ut totū se effunderet plena copia cornu in illos innumerabilib. gemitibus à mane usq; ad nonā horā interpellantes. 2. quomodo tandem patefactis cœli

cata-

